B B Bonitatē fecisti cum ser t. d. ß. Ver. t

Ut sepe sup[ra] diximus e[st] q[uod] deum nullus p[otes]t dicere bonu[m]: nisi qui eu[m] solu[m] bonu[m] dicat sicut vere solus bonus e[st] at p[ro]pter hoc nos mali. ut luce 11. Vos cum sitis mali. Et Matt. 6 Sufficit diei malitia sua. Non tu[m] at incipientes eu[m] solum bonum habent confiteri, sed et p[ro]ficientes. qui iam boni q[uod] ipsi sunt: n[on] solu[m] ideo q[ui]a mali fuerunt: sed etiam q[ui]a mali sunt: Nam cum nullus sit in hac vita p[er]fectus sit ad eam bonitatem quam nondum h[abe]t: dicitur malus. lic[et] ad eam qua[m] h[abe]t sit bonus. Nam nullus est pessimus e[st] q[uod] non aliquid in se habeat boni saltem nature: Et nullus licet optimus e[st] q[uod] non aliquid habeat mali: Unde merito p[otes]t vera deo dici malus [illegible] sit etiam de o[mn]ibus [illegible] s[ed] iustus. sapiens, verax [illegible] Ut apoc 22. Qui iustus e[st] iustificetur adhuc: sic qui bonus e[st]: bonificetur adhuc. Et[iam] si sit talis apud nos mixtio. si dixerimus q[uod] bonitatem [illegible] et peccatum n[on] habemus. veritas in nobis n[on] est. Cum solus deus bonus iustus verax sit. Nullus at solus malus. iniustus, mendax e[st] q[ui]a penitus malus esse n[on] p[otes]t ullo modo. Igitur [illegible] inter ho[minem] qua ex deo habemus et malitiam qua[m] ex nobis habemus: donec in futuro absorbeantur omnia mala. Et sit solus deus omnia in omnibus. Ut iam nec nos [illegible] simus s[ed] dei et deus noster

Ergo Bonitas [illegible] in Christo pro fratribus inimicis. n[on] [illegible] aut [illegible] accipi solet q[uod] pro iusto aut vero et iusto ut Ro 5. pro iusto vix quis moritur. Nam pro bono quis forsitan audeat mori: Igitur Christi adventus est bonitas nostra: q[ui]a penas et ipsa mala nostra abstulit a [illegible] primum. deinde [illegible] auferet a corpore sic perfecta erit bonitas nostra. Item Bonitas [illegible] dicitur Quia reddimur n[on] p[ro] bono q[uo]d esset iustitia s[ed] pro malo nobis et iniusticie nostre. Sic Ap[osto]l[us] dicit Gal. 5 Dicit q[uod] fructus sp[irit]us sit n[on] tm benignitas. sed et bonitas. Benignus e[ni]m e[st] qui liberalis hilaris benignus ein gutwilliglich: benefacit vel qui amicabiliter cum aliis conversatur. Sed bonus e[st] perfectior [illegible] qui et malis benefacit et ingratis. reddens bonum pro malo. Et impendens bona ingratis sic facit et deus. O rara avis: Benignus at p[otes]t retrahere manum et suo offensori n[on] benefacere ac cessare benefacere s[ed] n[on] bonus

Fecisti inquit q[uia] olim promisisti: ideo [illegible] tuum fecisti hanc bonitatem. S[ed] quid prodesset si nullus agnosceret aut sciret tanta bonitas? esset e[ni]m nulla utilitas [illegible] in thesauro abscondito. Et sapientia occulta s[ed] [illegible] et notificetur. Ergo si misisti filium. Dare nos p[er] ipsum [illegible] vel ipsum [illegible] agnoscamus. Unde [illegible] apparuit. nullus e[ni]m cognovisset nisi [illegible] revelasset. Nam et Ioh bap. ait Et ego nesciebam eu[m] s[ed] qui misit me baptisare in aqua. hic dixit michi etc. Multi proinde hoc nomen Jhesu dederunt at ipsi [illegible] s[ed] Joh [illegible] deus absconditus ut [illegible] dicit et [illegible] nisi ostenderet Vel saltem alio modo Angelus ad Joseph manifestaretur [illegible] vocabis nomen eius Jhesum ipse enim salvabit populum suum a peccatis eorum. [illegible]

Bonitatem et disciplinam et scientiam doce me q[ui]a mand. t. credidi